



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij  
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolutiones  
Lectissimorum Casuum**

**Diana, Antonino**

**Antverpiæ, 1645**

Æger.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41753**

Aduocatos, & procuratores ad annum, vel annos, cum pacto dandi certam annuam mercedem, seu salarium ad omnes causas quas habent, vel habituri sunt: si nulla causa inciderit illo anno agenda, non sunt illi aduocati, seu procuratores suo salario fraudandi; potest tamē aliquid detrahi arbitrio boni viri: si tamen aduocatus eius esset ingenij, vt mallet laborare quàm feriari, nihil videtur detrahendum. *Rebell. & alij 4. ibid. tract. 15. ref. 42.*

5 Potest in foro conscientix Cliens pacisci cum Aduocato de quotâ litis; & quando abest præsumptio fraudis, cessat obligatio legis id prohibentis. *Hombon. & alij. ibid. tr. 16. ref. 47.*

## Æger.

1 **Æ** Ger etiam si ob id quod comedit credat sibi obuenturum aliquod nocumentum non ita magnū, videlicet dolorem capitis, vel febrim aliquanto maiorem, non peccat mortaliter, imò neque si illud intenderet: quia nocumentum non est magnum. *Saneh. & alij. p 5 tr 3. ref. 135.*

2 Femina etiam aliàs moritura nō tenetur curationem ad verēda admittere

à viris, secus si à muliere adhiberi possit. Turrian. & alij. *ibid. ref. 138.*

*Æquiuocatio.*

POTest aliquis ex iustâ causâ absque mendacio aliqua verba vsurpare, etiam si ex sua significatione nō sint ambigua, & in alium sensum detorquere, aliquo addito mente proferentis retento. Sic qui aliqua bona abscondit sibi necessaria, ne à creditore capiantur, & sic cogatur mendicare, potest interrogatus à Iudice iurare se nulla habere abscondita, subintelligēdo, quæ manifestare teneatur. Item potest Confessarius proferre verba absolutionis absque intentione, ad fugiendam mortem sibi à pœnitente intentatam, ni absoluat. Item potest quis iurare latroni daturum se pecunias absque intentione dādi, vtendo hac retentione mentali: *dabo si tenear.* Item adultera rogata à marito an adulterium admiserit, potest negare, concipiendo mente alium diem ab eo quo illud admisit. Item veniens ex loco qui falsò creditur peste infectus, rogatus potest iurare se inde non venire, subintelligendo tamquam ex loco pestilenti; velet si veniat ex loco pestilenti, quan-

quan-